

# Sextus

ta uetustiore.

De scythis & aliarum diuersitate gentium. Capi. ii.

**E**ste scytharū genera & quidē plura: quæ corporibus humanis uescerētur indicauimus. Id ip-  
sum incredibile, fortasse in cogitemus in medio orbe terrarum ac sicilia & italia fuisse gētes  
huius mōstri cyclopas & lestrigonas: & nuperime trāsAlpes hoīem imolari gentiū eap: mo-  
re solitum: quod paulo a mādendo abest. Sed & iuxta eos q̄ sunt ad septē trionē uersi haud  
procul ab ipso aquilonis exortu specuq; eius dicto: quem locū gēglitron appellant pduntur arima-  
spi: quos diximus uno oculo in fronte media isignes: quibus assidue bellū esse circa metalla cū gyrphis  
ferarum uolucris genere quale uulgo traditur: cruenta ex cuniculis. aurum mira cupiditate & feris custo-  
dientibus & arimaspis rapiētibus: multi sed maxime illustres. Herodotus & Aristeas procōnesius scri-  
būt: super alios aut antropophagos scythas in quadā cōualle magna timaui montis regio est: quæ uoca-  
tur abarimō: in qua siluestres. uiuunt homines auersis post crura plātis eximiæ uelocitatis: passim cū  
feris uagantes. Hos in alio nō spirare cālo: ideoq; ad finitimos reges non pertrahit. Neq; ad alexādrum  
magnum per tractos Beton itinerum eius mensor prodidit. priores antropophagos quos ad septemtrio-  
nem esse diximus. x. dierū itinere supra borysthenem amnem ossibus humanorum capitū bibere. Cuti  
busq; cum capillo pro baltelibus ante pectora uti isigonus niceensis. Idem in albania gigni quosdam  
glauca oculorum acie pueritia statim canos: qui noctu plusq; interdiu cernent. Idem itinere dierum. x.  
supra borysthenē sauromatas tertio die cibum capere semper. Crates pergamenus in hellespontū cir-  
ca parium genus hominū fuisse tradit: quos ophiogenes uocat: serpentum ictus cōtactu leuare solitos:  
& manu imposita uenena extrahere corpori. Varro etiā nunc esse paucos ibi: quorū saliuæ contra ictus  
serpentum medeantur. Similis & in africa gens psyllorū fuit ut Agatharchides scribit a psyllo rege di-  
cta cuius sepulcrū in parte lyrtium maiorē est. Horū corpori ingeniū fuit uirus exitiale serpentibus: ex  
cuius odore sopirent eas. Hos uero liberos genitos protinus obiciendi sanissimis earum. Eoq; gene-  
re pudicitiam coniugum experiendi non pfugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc  
gens ipsa quidem prope interemptione sublata est a nasamonibus: qui nunc tenēt has sedes. Genus ta-  
men hominū ex iis qui profugerant: aut cū pugnatum est abfuerāt: hodieq; remanet in paucis. Simi-  
le & in italia maiorū gente durat: quos a Cyrces filio ortos ferant: & ideo inesse iis uim naturalē eā. Et  
tamē oibus hoībus contra serpentes inest uenenum. Feruntq; ictas saliuæ ut feruētis aquæ cōtractu fu-  
gere. Quod si in fauces penetrauerit: etiam mori. itq; maxime humani ieiuni oris. Supra nasamonas  
cōfinesq; illis machlias androgynas esse utriusq; naturæ iter se uicibus coeūtes Calliphātes tradit. Ari-  
stoteles adiicit dextram mammā iis uirilem: leuam muliebrem esse. in eadē africa familias quasdam effas-  
cinātium isigonus & Mēphodorus tradunt. Quæ laudatione itereāt probata: arescāt arbores: emori-  
antur infantes. Esse eiusdem generis in triballis & illyris adiicit isigonus: qui uisu quoq; effascinet: ite-  
rimantq; quos diutius itueantur: iratis præcipue oculis: quod eorū malum facilius sentite puberes. No-  
tabilius esse q; pupillas binas in oculis singulis hēant. Huius generis scēmias in scythia q̄ uocant uitæ  
prodit. Cypollonides. philarchus & in ponto thibiorum genus: multosq; alioseiusdem naturæ: quorū  
notas tradit in oculo altero geminam pupillā: in altero equi effigiem. Eisdem præterea nō posse mer-  
gi: nec ueste quidem degrauiatos. Haud dissimile iis genus pharmacū in ætiopia prodidit Damō. Quo-  
rum sudor tabem contactis corporibus afferat. Fœminas quidem oēs ubiq; uisu nocere: quæ duplices  
pupillas habeant Cicero quoq; apud nos auctore est. Adeo naturæ cum scærarum more uescendi hu-  
manis corporibus in hoīem rabiem genuisset: gignere in toto corpore & quorūdam oculis quoq; ue-  
nena placuit: ne quid usq; mali mali eēt quod in homine nō esset: Haud pcul urbe roma in faliscorum  
agro familiæ sunt pauca quæ uocantur hirpiæ: quæ sacrificio annuo quod fit ad mōtem foracē Apollini  
super ambustiam ligni struem ambulātes nō adurantur. Et ob id perpetuo senatuscōsulto militiæ  
oīum aliorum munerum uacationem habent. Quorūdam corpori partes nascūtur ad aliqua mirabi-  
les. Sicut pyrro regi pollex in dextro pede cuius tactu lyenosis medebatur. Hunc cremari cum reliquo  
corpore nō potuisse tradunt. Cōditūq; loculo in tēplo. præcipue idia æthiopūq; tractus miraculis sca-  
rent. Maxima in idia gignunt animalia. iditio sunt canes grādiore cæteris. Arbores quidem tantæ p-  
ceritatis traduntur: ut sagittis supari nequeant. Hæc facit ubertas soli: temperies celi: aquarum abundā-  
tia si libeat credere ut sub una ficu turmæ codantur equitum. Arundines uero tantæ pceritatis: ut singu-  
la intemodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant: Multos ibi quina cubita cōstat lōgi-  
tudine excedere. Nō expuere. Nō capitis: non dentium aut oculorum ullo dolore affici. Raro allarum  
corporis partium: tam moderato solis uapore durati. philosophos eorum quos gynosophistas uocāt  
ab exortu ad occasum perstare cōtuēs solem immobilibus oculis. Feruētibus harenis toto die alternis  
pedibus insistere. in mōte cui nomen est milo homines esse a uersis plātis octono digytos in singulis pe-  
dibus habentes auctor est Megasthenes. in multis autem mōtibus genus hominum capitibus caninis  
ferarum pellibus uelari: pro uoce latratum edere: uigibus armatum uenatu & aucupio uesci. Horū su-  
pta. cxx. mil. fuisse produntur. Cteas scribit in quadam gente india fœminas semel in uita parere: ge-  
h iii

mantellis

muq;ra